

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Franz Wolf

**Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis, Franciscus Wolfius,  
Philosophiae Magister, & Log. P.P. Ad exequias; Quas ... Viro Dn. Enoch  
Swantenio SS. Thcol. D. & P.P. ... Mater, Vidua, Et Liberi moestissimi. Hodie  
indicendas cupiunt Patres ac Cives Academiae Omnia Ordinum  
honoratissimos peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, [1674]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn776828266>

Druck    Freier  Zugang



Wolff, F.

in E. Suanten.

Rostock, 1674 *ja*



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776828266/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776828266/phys_0002)

DFG





41.

PROGRAMMA,  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS,  
**FRANCISCUS**  
**WOLFIUS,**  
Philosophiae Magister, & Log. P. P.  
Ad exequias;  
Quas  
Parum. Reverendo, Ampliss. atq; Excellentissimo  
VIRO  
**D. ENOCHO**  
**SVVANTENIO**

SS. Thcol. D. & P. P. celeberrimo, & Basiliæ D. JACOBI Archidiacono longè meritissimo  
MATER, VIDUA, ET LIBERI  
mœstissimi.

*Hodie indicendas cupiunt*  
Patiens ac Cives Academix Omnim Or-  
dinum honoratissimos peraman-  
ter invitatis.



ROSTOCHII,  
Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typogr.



Nter omnia quæ homini impendent certissima, morte  
nihil est incertius. Quis enim vir vivet, & non videbit  
mortem? & emet animam suam de manu sepulchri?  
Ps. 89, v. 49. Propter incertos casus quotidie mors im-  
minet, propter brevitatem vita nunquam potest longè  
abesse. i. Tusc. quæst. Moriendum certè est. Si id incer-  
tum an eo ipso die. Certus unicuique à providentia  
Dei infallibili præfixus est vita terminus, non ita tamè,  
ut illum nullà prorsus ratione moveri, ampliari vel coarctari posse creda-  
mus. Neque enim fato quodam Stoico, immutabili prorsus lege præstipulat-  
ur, sed Deus suo influxu amicabiliter hæc inferiora temperans, nunc citius  
nunc tardius quam lex communis postulabat homines à sua statione disce-  
dere jubet. Illud equidem extra omne dubium collocatum esse videtur,  
Deum causarum, ut vocant, secundarum vires penitus habere perspectas,  
pervidere, quamdiu humidum radicale, vi caloris in ipsum agente, adversa-  
rio resistere possit, quando ei succumbendum, ut absorbeat, adeoque secun-  
dum ordinariam legem talem homini præscribere vivendi terminum, qua-  
lem causarum secundarum vires promittunt & subministrant. Ceterum  
non nisi sub aliquâ conditione constitutum hunc vita terminum à Deo exi-  
stimes; Si enim singulari quâdam inductus ratione velit homini gratiam  
talis termini facere, in libera ejus voluntate positum est. Sic Regi quondam  
Hiskiae mortis diem prolongare voluit; Sic aliis piorum tempora decurta-  
vit, ut turbis hujus seculi erexit perpetua pace perfici inciperent. Rursus si  
hominū culpa prævaluerit, ipsi sibi fata poterunt accelerare ante etiam quam  
vires naturæ defecitura fuissent: quem potius terminum vita à Deo permis-  
sum appellaveris. Nec non in poenam peccatorum jam tum patratorum  
impios sæpe immaturā morte tollere, & scelera compescere voluit. Utrumq; Scripturæ passim locorum abunde testantur, idem loquitur experientia,  
ut Soli lucem fœnerari videatur, qui hisce probandis diutius in hæserit. Ita au-  
tem divina Sapientia ultima hominis disposuit, ut quam ipsi certa & cognita,  
tam homini ipsi essent inserta & incognita. Latere voluit unum, ut timear-  
tur omnis dies. Cernas sæpius homines ad mare pabulatum prodeuentes pi-  
scatum aggressuros hamatilem; dum escas aptat hamio, lineam arundine  
projicit, ludibundi undas tranant pisciculi, choreas ducentare crederes, ita per-  
nici pinnularum motu permiscentur, ferunt referuntque gradus; mox illex  
eos inescat præda, approperant, devorant, hærent, capiuntur. Haut absimilis  
vita nostra pisciculis illis; videas ibi plutimos genio indulgentes, alios lucris  
inhiantes, alios victim quæritantes, alios alii occupatos & desudantes ne-  
gotiis, quos mors inopinata hamo quasi rebus mundanis, quibus toti immer-  
si sunt, extrahit. Exempla passim obvia. Rhodiorum Legatus, cum quo-  
dam.

dam fulmine eloquentia suæ Patres conscriptos Romæ in summā sui admira-  
tionem abripuisse, dum limine curiæ simul concidens vitâ egreditur. Tul-  
lus Hostilius Rex Romanorum fulmine percussum, cum tota domo in cine-  
res redactus, easdem ædeis regiam rogum & sepulchrum habuit. Interdum  
matres insperatus filiorum aspectus repentina morte abstulit, & sic quas do-  
lor de absentibus non extinxerat, lætitia de præsentibus coniungit. Æschylus  
qui teste Quintil. I. 10. c. 1. Tragœdias primus in lucem protulit, cum acce-  
pisset, in fatis esse, ut ex iœtu supernè proveniente extingveretur, tecta vita-  
turus vim fati elusurus, sub diu aperto commorabatur capite. Forte verò a-  
quila, splendore calvitii delusa, testudinem capiti ejus, rata esse lapidem, illi-  
sit, quo iœtu exspiravit. Euripidi dentes canum, Sophocli ex victoria gaudi-  
um; Philemoni immoderatior risus; Pindaro somnus; Anacreonti uvæ pa-  
sa granum, Hadriano Papæ culex fata accelerarunt. Quid dicam de illis,  
qui inter comedendum sublati fuerunt? Henricus III. (sub quo vel 3. Pon-  
tifices de sede Apostolica contenderunt) buccellâ panis grandiusculâ anno  
ætatis 40. suffocatus est. Scilicet quod præsentissimè vitam nostram con-  
servat, eandem destruit. Scapula Romanus inter coenandum moritur, &  
dum Sol Diei, ille vita finem facit. Quid referam singulos quos Apoplexia ve-  
hementia deject? Matthiam Hunniadis filium Regem Ungariæ anno æta-  
tis 47. Carolum VIII. Imperatorem, Paulum II. Papam, Johannem Evange-  
listam in templo Ephesino in conspectu Universæ concionis, ut nonnulli vo-  
lunt, vehementior apoplexiæ impetus subito extinxit. Et quorsum tandem  
memoriam superiorum temporum repetituri peregrina conquirimus exem-  
pla, cù domesticæ & nostro tempore omniū oculos in se convertentia passim  
conspiciantur. Aliquot hebdomadæ præterlapsæ sunt, ex quo Virum Plur.  
Rev. Ampliss. atq; Excellentiss. Dnm. D SVANTENIUM, cuius exuvias ho-  
die terræ mandamus, post varios exhaustos labores, multigenasque exantla-  
tas vita hujus miseras, nūl quicquam cogitantem, & in mensa cum suis seden-  
tem, subita morbi vis invasit, prostratisque viribus, paulo post exanimavit,  
maxima consternatione perculsis ad unum omnibus, quorum aureis tam  
inopinati discessus fama verberabat. Utinam hoc & aliis admoniti exemplis  
tandem saperemus! Utinam altâ memorique mente tanti viri obitum repo-  
neremus, iugiq; recordatione quotidie recoleremus! Utinam quavis hora  
quovisq; momento collectis vasis, hoc edicti exemplo, expspectaremus, si for-  
te hoc l. illud nobis supremum illuxerit, quo citaremur ad reddendam ra-  
tionem factorum, dictorum, cogitationumque nostrarum coram tribunali  
Judicis falli nescii Jesu Christi! Huc g. quotquot hactenus mundanas opes  
spe animoque devorasti, quotquot peccatis contaminati estis, vertite ocu-  
los, subducite rationes vestras, colligitе summas, ne imparati, si inopinatò  
evocemini, compareatis. Subjicite vobis illud Ecclesiastæ c. 9. v. 12. Nescit

bomo tempus suum; Sicut pisces qui capiuntur in reti malo, & sicut aves captae in laqueo; sic irretiuntur filii hominum in tempore malo. Attendite Christo: vigilate, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit: Estote parati quia, qua hora non putatis, eā filius hominis venturus est. Matth. 24. v. 41, 44. Audite Jacobum: Ignoratis quid futurum sit postero die; quae est enim vita vestra? vapor est, qui ad exiguum tempus appareat, & deinde evanescit. Jacob c. 4. v. 14. Viventes igitur animam à corpore separate. Senes, juvenes quotidie mori discite. Omiserum illum senem qui mortem esse contemnendam in tam longā etate non viderit. Cic. in Catone. Mors omni etati communis. Omnes Stellæ sicut ab Oriente surgunt, ita ad occasum citato gradu tendunt, aliae citius aliae tardius nostro sese conspectui subducunt. Omnes orimur, omnes morimur, aliis citius, aliis tardius cursum suum peracturus; juniores plerumque difficilius, seniores facilius suum natura debitum persolvunt. Sperat adolescens, diu se victurum? At Tullio judice inspienter sperat, quid enim stultius quam incerta proceritis habere, falsa prosperis? Senes emoriuntur secundum naturam, idem contingit adolescentibus adversante & repugnante natura. Adolescentes sic mori videntur, ut cum aquæ multititudine vis Flammæ opprimitur; senes autem, sicut suâ sponte, nulla adhibita vi, consumtus ignis extinguitur; & quasi poma ex aboribus, si cruda sunt, vi avelluntur, si matura, & cocta, decidunt: sic vitam adolescentibus vis afferat, senibus maturitas. Cic. in Catone. Nemo g. confidat corporis firmitate, honorum dignitate, opum stabilitate, etatis flore, manet in concussa veritas illi vulgatio

Namque necesse mori est, senibus simul atq; minori,  
Est commune mori, mors nulli parcit honori.

Hanc suæ fragilitatis & mortis certissimæ memoriam sibi in animum revocare variis modis variis sunt conati. Ægyptiis quondam in more positum erat, ut in conviviis mortis simulacrum circumferrent, hac adjecta admonitione, ut singulidum se liberius invitarent, hoc quoque intuerentur. Constantinopolii quondam Imperatori dum corona imponebatur simul aliquot genera lapidum à coementario proponebantur, ut inde unum eligeret ex quo sibi tumulum confici vellet. Cum Pontifex solenniter inaugurandus præt illum Ceremoniarum Magister, duas gestans arundines, quarum alterius extremitati candela ardens, alterius stoppa est imposta, qui ad mota candela stoppa iterato clamore ita fatur: Pater Sancte, sic transit gloria mundi. Felicem illum, imo terq; quaterq; beatum, qui suæ mortalitatis memor quotidie expectat, ut se vera fide in Christum munitum ad rationes vitæ actæ reddendas Deo de præsidio & statione vitæ evocanti sistere possit. Ceterum ad vos mœstissimi superstítantes, mater vidua & Liberi mea se convertitoratio. Vobis insanabile vulnus hac morte inflictum esse videtur. Vobis Conjux & Parentes

rens ereptus ; ante etiam quam eripi videbatur.<sup>1</sup> Ingentem meritò vim lacrymarum profundere videmini. matri præsidium & solamen decrepitate ætatis concidit ; Viduæ altera cordis portio ablata , Liberis spes suæ ætatis columenq; subversum. Ast ponite quæso modum lachrymis. Defocato animo ponderate, quot turbis , quot laboribus , quot molestiis, si diutius vivisset, devorandis, vester ereptus fuerit. Æquioris judicii lance expedite quomodo cum morte vitam. cum laboribus quietem, cum morbis perpetuam commutarit sanitatem. Volvite mente, qua visione , quo amore, quibus gaudiis piè defunctus vester nunc perfruatur. Ferunt Anaxagoram percepta filii morte ( idem vestrarum fuerit partium vila, auditaque Filii , conjugis, parentis morte ) nuncio reposuisse : *Nihil mibi inexpectatum aut novum nuncias : ego enim illum ex me natum sciebam mortalem.* Quis magna capietur admiratione, aut dolore cruciabitur , qui videat illud esse liquefactum, quod liquecere potuit ; secum quo secari, combustum quod comburi poterat ? Et quis tandem demirabitur , si mortuum esse videat vel audiatur , quod mortale natum erat. At subitus ille discessus nimio nos dolore attonitos detinet. Sed non illo demum momento mori cœpit , totâ vitâ mortuus est. Quid enim nostrum vivere, nisi perpetuum quoddam mori. Clepsydram non extremum stillicidium exhaustit, sed quicquid ante defluxit. Illud momentum temporis quo esse desinimus non solum mortem facit, sed solum consummat. Et fac ita esse ; incredibili celeritate mors cum vestrī subduxerit oculis ; quid inde ? annon in lucro putandum, si quis bene & citè moritur. Nonne felicior ille putandus , quem acrior citè in portum ventus pertulit, quam quem seigniores venti & longa tranquillitas lentissimo tædio delassatū ægrè moliuntur ? Fortunatior, meo quidem judicio , quem festinata & beata mors his vita malis exemptum acriori impetu in portum & æternam beatitudinem defert.

Ceterū piè hujus defuncti memoriarē & honori ultimo parentaturi nonnulla, prout ea ex relationib; superstitantium hauriri potuerunt, attexamus. Si quicquam felicitatis humanae in natalium majorumque splendore, in rectâ educatione, in munera officiorumque celebritate, in vita honeste actæ ratione collocandum fuerit, nihil minus piè nostro defuncto quam horum omnium confluxus defuit. Natus ille Anno à Christo M.DC. XIX.18. Calend. Febr. ipso die Conversionis Pauli, Gustrovii, urbe hujus regionis fortunatissimâ atque ornatissima. Patrem b. m. habuit Virum Perreverendum, Clarissimum atq; Doctissimum DN ENOCHUM SVANTENIUM, Artium liberalium Magistrum, & primò quidem Gymnasi Bœrholmensis Holsatiae Rectorem, Pastorem & vicinarum parochiarum Præpositum longe gravissimum & meritissimum, post ita dirigente Deo Pastorem Ecclesiæ Parochialis, que Gustrovii est, optimè meritum. Matrem vero omnivirtutum latellitio abunde stipatam MAGDALENAM Doccis/qua postquam 80

ætatis annū explevit & per LII. annorum tractus maritum vidua desideravit,  
nunc, ante etiam quam moriatur, emoritur, dum filii sui funus, quantā sum-  
ma luctus acerbitate, confusis lacrymarum, singultuum & suspiriorum a-  
gminibus prosequitur. Avus eius paternus fuit vir quondam prudenterissimus  
& singulari probitatem clarus Dominus GEORGIUS SVANT, Civis apud  
Malchinenses primarius. Avia vero paterna fœmina omnibus sui sexus virtu-  
tibus commendabilis quondam ANNA Bahrenfahrt, Pastoris olim apud  
Malchinenses meritissimi filia. Avus maternus quondam floruit Vir plurim.  
Reverendus Amplissimus & Excellentissimus DN. M. ANTONIUS BO-  
CATIUS, Pastor & Superintendentens apud Parchimenses longe gravissimus,  
Avia materna fuit fœmina omnium virtutum apparatu instructissima BRIG-  
ITTA PIPERITII, Viri admodum Reverendi, clarissimi & doctissimi DN.  
HENRICI PIPERITII, primi Pastoris orthodoxi ad ædem dominicam que  
Gustroë fundata, celebratissimi filia. Proavo denique materno oriundus fuit  
Virò plurimum Reverendo, Clarissimo atque Doctissimo DN. M. HENRI-  
CO BOCATIO, Pastore apud Slesvicenses quondam meritissimo, ipsius-  
que Megalandri B. Lutheri discipulo inter assiduiores felicissimo. Proavia,  
vero materna MAGDALENA Blanckenbiels, Slesvicense, fœminâ omni  
virtutum sui sexus satellitio egregie instructa. Hisce majoribus, ut reliquos  
nunc silentio prætereamus, noster pie defunctus suos natales debuit. Ut verò  
lucem adspexit, nil prius vel antiquius habuerunt parentes, quām ut S. baptis-  
matis unda ablutus mystico corpori Christi vivum insereretur membrum.  
Inde à teneris ipsum ungivulis, ut capax disciplinæ fieri incepit, inverà  
pietate innutritum optimis artibus imbuerunt, cumque adolescentibus annis  
igneæ vis anitii nescio quem ardorem & fervorem in studia polliceretur  
traditus est in disciplinam Viro Clarissimo & Doctissimo DN. M. GEOR-  
GIO SCHEDIO, Rectori Scholæ Gustrovensis longè meritissimo ut le-  
ctionibus, cum publicis tum privatis, cereum & in quævis sequacem animum  
informaret & ipsa eruditio principia instillaret. Ibi postquam lingvarum,  
aliorumque exercitorum Scholasticorum optima jecisset fundamenta, au-  
tores Viro plurimum Reverendo Amplissimo & Excellentissimo DN. M. DA-  
NIELE MICHAELIS, p. m., Superintendentente Gustrovico longe gravissi-  
mo, cum pater in tenera ætate è vivis decessisset, à matre Lubecam missus  
curæ & informationi Viri Amplissimi Clarissimi & Doctissimi DN. M. JO-  
HANNIS KIRCHMANNI, Rectoris Scholæ, & Viri Clarissimi & Doctissi-  
mi DN. M. SEBASTIANI MEIERI, Conrectoris concretitur, quorum du-  
o cum publice tum privatim adeò se solerterem dedit, ut omnium admira-  
tionem & laudem sibi facilimè conciliaret. Postquam sic in scholis per qua-  
triennium rerum suarum egregie fategisset, docentibus id ipsum aliquot te-  
stimonios queis viri supra laudat ejus diligentiam & virtutes doctis, com-  
men-

mendare voluerunt, amicorum instinctu ad altiora adspiraturus inclitam Academiam Rostochiensem omnium primò salutare cœperit. Vix eam ingressus in interiorem familiaritatem virorū doctissimorum est admissus, maxime sub auspicio Viri Clarissimi DN. JOHANNIS MICHAELIS, post SS. Theol. D. & P. P. in Gryphica Universitate, Philosophicis & Philologicis insignem navavit operam. Præcipue verò ductu Viri Clarissimi DN. M. JOHANNIS CRELII, trium annorum spatio curriculum Philosophiae absolvit. Apprimè interea studiis Theologicis delectatus dependebat ab ore celeberrimorum tunc temporis Theologorum Virorum plurimum Reverend: Amplissim: atque Excellentissim: DN. D. QUISTORPII, Senioris & DN. D. COTHMANNI, P.P. Academie hujus longe celebratissimorū, quorum præsidio idemtide se sese disputando, cum oponendo cum respondendo alacrem præbuit, & plurimorum admirationem amoremque in se derivavit. Dona, queis Sp. S. gratia abunde ipsum instruxerat, administrantia publica discentium utilitati consecravit, dum non sine applausu audientium. VII. verba Christi, pro concione explicavit, & consensu Rev. Ministerii emortuo Viro summe Rev. DN. FIDLERO, Superintendente quondam meritissimo, s̄p̄ius ad populm verba fecit. Post exterias visitaturns Academias Rostochium Deo dirigente revocatus est. Reversus in locum DN. JOHANNIS CÖRFINII, b. m. consentientibus populi suffragiis ad ædem D. JACOBO Sacram Diaconus anno à Christo nato M. DC. XLVI, 27 Januarii electus & surrogatus est. Sequens annus 1647. honores ejus titulo Conjugis & Artium Magistri auxit, dum Deo ita providente virginem lectissimam & virtutibus clarissimam, consentientibus omnibus quorum inter fuit, CATHARINAM TARNOVIAM, Viri pl. Rev. Ampliss. & Excellentiss. DN. JOHANNIS TARNOVII, SS. Theol. DOCT. & PP. quondam celeberrimi superstitem filiam mense Mayo matrimonio sibi iunxit, quæ nunc vidua magnifica conjugis sua inopinatum discessum exquisitissime luget, & maritum XXVII. annorum amantisimiu fui desiderat. Suscepit durante illo conjugio exaudata modo fœmina 8. liberos, 4. filios & tordidem filias. Primus natu filius in ipso ortu occidit. Septima ordine, Catharina vix secundum etatis ingressa annum mundo iterum valedixit. Reliquis sex Dei gatia adhuc in solatium & spem matris aviaeque superant. (1.) MAGDALENA fœmina virtutibus sui sexas ornatisima nupsit Viro multum Reverendo Clarissimo DN. JOHANNI DIETERICO Euchüs erer/ Pastori Hérzhornen- apud Holsatos, optime merenti (2.) DN. ENOCHUS, Philosophia Magister clarissimus quem paternarum præcipue virtutum hæredem strenue ad eruditioñis & honorum apicem gravantem, parentem si non superaturum, certe aquaturū esse spes certa promisit. (3.) DN. IOHANNES CHRISTOPHORUS Theol. Studiosus felicissimus. (4.) Virgo lectissima ANNA ELISABETHA, (5.) CHRISTIANUS & (6.) duciique CATHARINA, singuli præsentes funus Parentis sui desideratissimi ingenti lachrymarum vi effusa prosequuntur. Anno 1653. ad Archidiaconatum vocatur, quibus laboribus, vigiliis, precib⁹ sudore per 23. annos desudarit in hoc Archidioconatu in explicandis pro concione libris Samuelis & Regum dici non potest; ipse s̄p̄ius lassus curis & laboribus in hac erupit. Conciones lachrymis & sudoribus tinet, de incredibili, quo conscribuntur labore testantur. Labores hosce quinques repetita Dnorum Collegarum absentia auxit, nec tamen ardens industria privatim etiam legendo & disputando in Theologicis fatigari potuit. Anno 1662. multorum hortatu oblatos sibi honores in Theologia summos admisit, & in Gryphica solenniter Doct̄or Theologiae pronunciatus est. Post ubi variis Collegiis & disputationibus publicis in heptalogum Christi suam Prudentissimo Senatui oppidanoprobasset diligentiam, Professio Theologi-

logica extraordinaria anno 1668. ipsi fuit oblata. Ceterum Serenissimus Princeps ac  
Dominus DN. CHRISTIANUS LUDOVICUS, Academæ nostræ Cancellarius Ma-  
gnificentissimus & nutricius munificentissimus, perspectis pli defuncti nostri virtuti-  
bus & eruditione ex conversationib⁹ & colloquis privatis cum aliquot Pontificiorū  
habitibus ad Ordinariā Theologię Professionē ipsum evexit, quam an. 1669. solenni ritu  
auspicatus est, & variis Collegiis disputationibusque ornavit. Et quamvis non una vi-  
ce aliud eum vocare voluerint semper tamen amore retent⁹ reciprocō gregis sibi com-  
missi renuit. Variis dum vixit difficultibus implicitis, errores siqui forte obrepse-  
rant, & peccata, serio retraherant, à regnanti⁹ pro virili abstinuit. Magna ejus in pau-  
peres, viduas & orphanos liberalitas, promptissimum consilii, loquentib⁹ illud aliis.  
Officio suo quantum potuit invigilavit, monere, hortari, dehortari, consolari, corri-  
gere nunquam desistit; ægrotis ex voto adfuit, solatio langvidos erexit, precibus in-  
genua procidens quotidie divinam sollicitavit clementiam; nec dubium, quin sepius  
imminentia cervicibus mala averruncarit. His indefesso studio operatus identidem  
gliscentis morbi semina tacitis incrementis lata grassari sensit. Passionibus Colicis,  
Calculo, Scorbuto, anxietate sive asthmate sepius vexatus est, deficientibus interea vi-  
ribus, sanitati tamen quodammodo restitutus. Finita Concione 28. Iuli anni cu-  
rentis, vehementissimo langvore correptus domum revertetur, Excipiebat incli-  
nante die conservæ passiones Colicæ. Somno collectis viribus felicior valetudo afful-  
gere visa, quin sequenti die ægrotum visitare eique de viatico corporis & sanguinis  
Christi prospicere poterat. Trigesimum Iulii pro more cantu & precib⁹ auspicatur,  
licetque remittentes morbi impetus experiretur prandio tamen inter futurns mensæ  
adsidet. Durante prandio, subito animi deliquio correptus lecto imponitur, inva-  
lescente morbo novo quodam paroxysmi genere Medicorum opera sollicitatur. Ad-  
volant Viri Nobilissimi & Experiensissimi DN. IOANNES LUBBERTUS & DN.  
PAULUS IOACHIMUS STOCMANNUS, Medicinæ Doctores celeberrimi felicissi-  
mi, quæars suppeditabant consilia adhibent, vires paroxysmi ne quicquam labefactant-  
qui totum corpus depascens extrema jam tum minitabatur. Interæ Virum plur.  
Reverendum Amplissimum atq; Excellentissimum DN. M HERMANNUM BECCE-  
RUM, Mathemati-P. celeberrimum, Pastorem ad D. Iacobi longè meritissimum Fau-  
torem ac Compatrem nostrum honoratissimum accersendum curant, circumstanti-  
bus identidem, pro virili ingeminantibus illud Apostoli 1. Tim. 28. μηνησούσει ηστός  
τοιούτοις εγγεγρέουσινεργών. Cujus dicti sensum cor tangere oculis manibusque  
crebrisque suspiriis tractis contestatus, mox, ante etiam quam modò laudatus Domi-  
nus Confessionarius accedere potuit, imperturbato rationis usu, sine acriorib⁹ mor-  
tis stimulis 30. Iuli circa tertiam pomeridiananæ ætatis anno 57. placide in Domino  
obdormivit. Gratulanur merito huic viro de tot laboribus, molestiis & sollicitudi-  
nibus feliciter superatis. Latamur de felici quiete qua nunc coram Throno agni per-  
fructur. Exuvii ejus interea levem terram, superstignantibus mestissimis ad unum o-  
mnibus patientiam & vim solatii efficacissimam sp. S. ex animo comprecamur. Quod  
reliquum est ultimum vale reliquiis ejus acclamaturi, dum terræ corpus inferetur,  
frequenter sumus comparituri, periculum ex tanti viri morte captuti nobis quod ex  
usu fieri. Agite igitur Cives Academicæ omnium ordinum honoratissimi, quod hu-  
manitatis jura exposcunt, lubentibus animis exequimini; frequentiores confuite,  
Viro de Ecclesiâ meritissimo vestris præsentis parentate, ite quibus commodum fue-  
rit (debet autem omnibus esse) ex equis, & ex hac morte, vestram quotidie medita-  
ri addiscite.

P. P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus d. XIX Augusti Anno M DCXXIV.  
Convenietur in Basilica D. Iacobo sacrâ hora prima post id autem,





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776828266/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776828266/phys_0014)

DFG





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776828266/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776828266/phys_0016)

DFG

mendare voluerunt, amicorum instigatu ad altiora aca-  
 demiam Rostochensem omnium primò salutare c-  
 sus in interiorem familiaritatem viorū doctissimoru-  
 sub auspicio Viri Clarissimi DN. JOHANNIS M.  
 Theol. D. & P. P. in Gryphicā Universitate, Philosophi-  
 signem navavit operam. Præcipue verò ductu Viri C.  
 HANNIS CRELII, trium annorum spatio curricu-  
 solvit. Apprimè interea studiis Theologicis delecta-  
 celeberrimorum tunc temporis Theologorum Viro  
 rend: Amplissim: atque Excellentissim: DN. D. QUISTO  
 COTHMANNI, P. P. Academiz hujus longe celebratissimor-  
 tidem se disputando, cum opponendo tum respondendo a  
 rimorum admirationem amoremque in se derivavit. Dona,  
 de ipsum instruxerat, administrantia publica dissentium ut  
 non sine applausu audientium. VII. verba Christi, pro con-  
 sensu Rev. Ministerii emortuo Viro summe Rev. DN. FID  
 quondam meritissimo, sèplus ad populum verba fecit. ro-  
 stochiem Rostochium Deo dirigente revocatus est. Reversus  
 NIS CÖRFINI, b. m. consentientibus populi suffragiis ad  
 cram Diaconus anno à Christo nato M. DC. XLVI, 27. Ianua-  
 est. Sequens annus 1647. honores ejus titulo Conjugis & Art  
 Deo ita providente virginem lectissimam & virtutibus claris  
 omnibus quorum inter fuit, CATHARINAM TARNOVIA  
 & Excellentiss. DN. IOHANNIS TARNOVII, SS. Theol. DC  
 leberrimi superitem filiam mensē Majo matrimonio sibi ju-  
 stissima conjugis sua inopinatum discessum exquisitissime l  
 annorum amantisissimum sui desiderat. Suscepit durante illo  
 do fœmina 8. liberos, 4. filios & totidem filias. Primus natu-  
 dit. Septima ordine, Catharina vix secundum etatis ingressu  
 valedixit. Reliquise Dei gatiā adhuc in solatium & spem in  
 (.) MAGDALENA fœmina virtutibus sui sexus ornatisima  
 verendo Clarissimo DN. JOHANNI DIETERICO Euchae  
 si apud Holsatos, optime merenti (2.) DN. ENOCHUS, Philo-  
 mus quem paternarum præcipue virtutum heredem strenue  
 rum apicem grassantem, parentem si non superaturum, certe  
 promittit. (3.) DN. IOHANNES CHRISTOPHORUS Theol.  
 (4.) Virgo lectissima ANNA ELISABETHA, (5.) CHRISTIAN-  
 THARINA, singuli præsentes funus Parentis sui desideratissi-  
 vi effusa prosequuntur. Anno 1653. ad Archidiaconatum voca-  
 vigiliis, precib⁹ sudore per 23. annos defudarit in hoc Archidi-  
 pro concione libris Samuelis & Regum dici non potest; ipse  
 boribus in hac erupit. Conciones lachrymis & sudoribus ti-  
 conscribuntur labore testantur. Labores hosce quinques  
 garum absentia auxit, nec tamen ardens industria privatim  
 tanto in Theologicis fatigari potuit. Anno 1662. multorum  
 nores in Theologia summos admisit, & in Gryphica solennite  
 nunciatus est. Post ubi variis Collegiis & disputationibus  
 Christi suam Prudentissimo Senatui oppidanoprobasset dilig-  
 enter

